Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdra

rusalem et nunc quid dicemus do
mine habentes hec Transgressi sumus
precepta tua que dedisti in manus
priorum tuorum prophetarum dicens
quoniam terra in qua introeistis possidere
hereditatem eius terra polluta est com
munationibus alienigenarum terre et im
munditie eorum replenerunt eam tota
in munditia sua. Et nunc filias ves
tras non coniungetis filiis eorum et fili
as eorum non accipietis filiis vestris. et
non inquiretis pacem eorum illius hereditatis
tempore. ut roborentis manducet
is optima terre et hereditatem distri
buatis filiis vestris usque in eternum. et post
tinsunt nobis facta omnia propter opera
vestra malignia et magna peccata vestra
Et dedisti nobis talem radicem. Et
rursum reversi sumus transgredi
legitima tua. ut coniungeremur in mun
dicie alienigenarum genitum terre
numquid ignoscens deus nos
quo adusque non relinquatur nobis ra
dix et nomen nostrum. Domine deus
israel iustus es derelicta est enim radix
usque hodiernum diem. ecce nos sum
us in conspectu tuo et in iniquitati
bus nostris non est enim ad hanc sta
re ante vultum tuum. Et cum adoraret et
fleret esdras flens hymnum pertrahe
ante templum congregatus est ad
eum israel turba magna valde vir
et mulieres et iuvenes et iuvenculae
flens enim erat magnum valde in mul
titudine et cum clamasset iechonias
ioel ex filius israel dixit esdras nos
domino peccavimus quod collo
cavimus nobis in matrimonium
mulieres alienigenas ex gentibus
terre et nunc est spes omnem israel
in hac ergo sit nobis iuramentum addo
no expellere omnes uxores nostras
que ex alienigenis sunt cum filis
eorum fiat in decretum est maior ho
mo nam secundum legem exurgens explica
ad te enim expectat hoc negotium et
nos tecum sumus. viriliter fac. Et
surgens esdras adiuravit principes
sacerdotum et levitas et omnem israel
facere secundum hoc iuraverunt. Et
exurgens esdras ab ante atrium te
pli abit in pastoforium ionathe filii
nasibi et hospitatus illic non gustavit
panem neque aquam bibit sup iniqui
tates multitudinis. Et facta est pre
dicatio in omni iudea et in israel in omni
bus qui erant ex captiuitate congregati
in israel ut quicumque non occurrerent
bidno aut tridno secundum iudicium
ascendentium seniorum tollent fa
cultates sue et ipse alienigenis iudicaret
a multitudine captiuitatis. Et con
gregati sunt omnes qui erant ex tribu
iuda et beniamin in tribus diebus in
israel hi mensis est nonus iuxta mensis
mensis et sedit omnis multitudo in
area templi trementes propter hiemen

Et surgens esdras ait eis
dixit. XXV
Vos iniqueste fecistis collocan
do nobis in matrimonium uxores ali
enigenas ut adderetis ad peccata israel
Et nunc date confessionem et magnifi
cetis domino deo patrum nostrorum
et facite voluntatem ipsius et dide
rite a gentibus terre et a populis
alienigenis. Et clamaverunt omnes po
pulus et dixerunt voce magna sicut